

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber pandectarum medicinae

Matthaeus <Silvaticus>

[Venedig], 10. Okt. 1480

Matheus moretus Brixensis ad [...] Dominum Franciscum de gonzaga

[urn:nbn:de:bsz:31-316129](#)

Matheus moretus Brixiensis ad reuerendissimum in christo patrem ac domum Dominum Franciscum de gonzaga:cardinalem Mantuanum:ac Bononie legatum.

MOn te latere arbitror reuerendissime pater:ac domine quae necessaria mortalibus erit stat medicinae cognitio: quam non immixto veteres a deo immortalibus fuisse reportam sunt opinati. Quinum namque potius humanum videtur occultas rerum proprietates ac varias humani corporis intelligere dispositiones. Divina denique ipsius medici videtur operatio: vel certe divine operationi simillima. Ab immortalibus namque deo vita accipimus: et hec eadem medici artificio preservatur. Sanitatem denique divino favore consequimur: et hec eadem medici auxilio comparatur:qua nihil profecto mortalibus gratius nihil de nichil videatur optabilis: ppter ea ab antiquis Esculapio: et pluribus alijs medicis diuinis honores attributos fuisse constat. Clarum est preterea medicinam ipsam apud principes: et magnos viros in summo semper precio: summaque veneratione extitisse. Quis enim ignorat Alucennam arabum principem extitisse: Iohannem etiam Damascenum regis damasci nepotes extitisse constat. Anataxerxes persarum rex quanti fecerit Hippocratem: cuius epistola declarat Phalaris quoq[ue] licet tyrannus crudelissimus habitus fuerit: hic tamen polylectum eius medicum maximis donis exornauit. Possem in hoc innumerabilia pene exempla in mediis adducere. Sed quid ego externa exempla requiro: nonne semper illustrissimi principes: qui ex gonzaga domo originem traxerunt: quos et munificentia excellentes: et iusticia prestantes semper extitisse constat. nonne inquam medicos semper maximi fecerunt: qui non solum medicos summa liberalitate semper fuerunt precuti: verum et philosophos et quoctusq[ue] virtute preclaros. Quocirca reuerendissime pater: cum huius inclite domus splendor: ac decus existat: et medicis ipse propicius: non dubitari me reuerendissime. Gratium fore: si medicine p[ro]deicias: quas ob tractationem imperium: iam fere perisse animaduertissem: summo studio atque diligentia emendarem: et ab integrallas in lucem reducerem. Et ego libentius hoc opus suscepit: ut ceteris quoq[ue] prodest possem: qui huic scientie amatores existant. In qua quidem re intelligas me cumdem fere affluppsisse laborem: quem is qui opus istud edidit. Constat namque opus istud ex diversis antiquorum libris fuisse aggregatum: in quo quidem omnium simplicium naturam: ac proprietatem reperies: que ad viuum medicinae concurrunt: ac omnium nominis declarationem: quibus medicinae auctores vtuntur: ex quibus aliqua ex greca: et multa ex arabica lingua originem traxere: que ob ideo matum varietatem obscura apud latinos videbantur. Multa tamen nomina ab auctore greca nuncupatur: non quia vere existant: sed quoniam in libris grecorum qui in linguis latinam sunt traducti sic scripta reperiuntur: et de arabicis similiter idem est in dicendum. Constat namque non modo apud grecos medicinae scientiam florisse: verum etiam apud arabes: et apud hebreos fuisse illustratam: et auctores habuisse celeberrimos. Sed hos potissimum pandectarum auctor est imitatus: quoq[ue] auctoritate eius dicta comprobavit. Ex grecis: videlicet Hippocratem: Discordem: Haliem: Panum: Alexandrum: Constantium: ac Iohannem Damascenum Mesue filium. Ex arabicis vero: Rasis: Iohannem Serapionis filium: Bulcasim: Alucennam: Alueroim: et alios quatuor: quoq[ue] dicta in libris predictorum reperientur. Ex hebreis bi sunt: Isaac: et Rabi moyses. Ex latinis vero hi sunt: videlicet Cornelii celsus: Lasius felix: Plinius: Seruinus: et Symon ianuensis. Unius autem auctoris nomine licet sit ambiguus: ipsum tamen a fide dignis Matheum silvaticum nuncupare: finis accepi: sed quisquis fuerit hunc peritissimum extitisse constat: et ipsum summa diligentia antiquorum libros percurrit. Quod itaq[ue] hec simplicia totius medicinae artis existant fundamenta: velut elementa quedam horum noticiam medicis: maxime necessariam esse putavi. Et quoniam reuerendissime pater medicis semper fautor: ac propincis exististi: me reuerendissime. Hoc opus quod dāmodo renouatum dedicare volui: cum eidem me plurimum debere sentias: nec quisquis mibi hoc munere dignior videtur quam tu: qui huic florentissimo gymnaſio presie: ac philosophos p[ro]sidio tuo soueas: illisq[ue] propiciis existas. felix itaq[ue] sit reuerendissima. D[icitu]r: cui me humillime commendabo.

